



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

Hac quoque in quodam exemplari reperimus in libro octavo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

mum vita exitum premeruit. Quippe A
qui solus omnium in Imperio suo sum-
ma cum tranquillitate & gloria succe-
sorem relinquens proprium filium, mo-
destissimum & religiosissimum Princi-
pem, ex hac luce migravit. Hujus au-
tem filius Constantinus ab ipso sta-
tim exordio supremus Imperator &
Augustus à militibus renuntiatus,
paternæ erga fidem nostram pietatis
æmulatorē sc̄ præstítit. Hujusmodi
exitum vitæ quatuor supradieti Impe-
ratores diversis temporibus sortiti sunt.
Ex quibus solus ille quem supramemo-
ravimus, utiā cum aliis qui nuper in
consortium Imperii adsciti fuerant, E
confessionem illam quam supra retuli-
mus, edicto palam proposito omnibus
publicavit.

*Hac quoque in quodam exemplari reperimus
in libro octavo.*

Anno Imperii Diocletiani nono ac decimo, mense Xanthico quem Romani Aprilem vocant, Flaviano provinciam Palæstinam regente; cum salutaris Passionis dies imminaret, repente proposita sunt ubi quæ edicta, quibus imperabatur Ecclesiæ quidem folio æquari, sacros autem Codices flammis absumi: & honoratos quidem honoris prerogativa spoliari, plebejos autem & in ministerio constitutos libertate privari, si in Christianæ religionis proposito adhuc permanerent. Et primi quidem adversus nos edicti hujusmodi fuit sententia. Sed non multò post allatae sunt aliæ literæ, quibus judecatur ut omnes ubiqui Ecclesiæ Antistites primum quidem conjicerentur in vincula; postea vero ad sacrificandum omnibus modis cogerentur.

C A P I T U L U M

De Procopio, Alphao & Zaccheo martyribus.

Igitur ex Palæstinæ martyribus primus Procopius, antequam carceris periculum fecisset, statim à primo quod ajunt limine ad Præsidis tribunal adductus, & sacrificare Diis gentilium jussus, unum se Deum nosse respondit, cui sacrificandum esset eo ritu quem ipse statuisset. Cum verò quatuor etiam Imperatoribus libare juberetur, sententiam